



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 119. Binæ Ludovici conjuges, ejusque liberi

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

absque judicii ordine morte multo tasse, **Sæcul. XV.**
 pluribus unda submersis, aliis supra asse- **A.C. 1482.**
 rem progredi jussis, quo deorsum incli-
 nato in rotas aculeis ac novaculis arma-
 tas præcipites agebantur. Spreto alio-
 rum consilio sibi uni obtemperabat, &
 Viros nobilitate generis claros odio ha-
 bebat; Verbo: nemo unquam aliam,
 quam Ludovici aulam vidit, in qua sub-
 lesta fides liberiori imperio dominabatur,
 cunctis Preceribus ad Regis exemplum
 compositis.

§. CXIX.

*Binæ Ludovici conjuges, ejusque
 liberi.*

Adhuc Delphinus erat, & jam ad se- **S. Mart. ge-**
 cundas nuptias transire compelleba- **neat. Franc.**
 tur. Prima ejusdem conjux erat Mar- **lib. 8. cap. 9.**
 garita Jacobi I. Scotiæ Regis Filia, quam
 decimo quarto ætatis suæ, Christi au-
 tem anno, ut fertur, millesimo quadri-
 gentesimo trigesimo sexto duxerat. Ea
 Anno supra millesimum quadragesimo
 quadragesimo quinto absque liberis
 decedente, Rex sex annos in viduitate
 transegit, haud amplius, donec Rex pro-
 clamaretur, ad secundos thalamos pro-
 cessurus, nisi id temporis rerumque ne-
 cessitas postulasset. Ergo secundo con-
 nubio Carolinam Sabaudiæ Ducis filiam
Hist. Eccles. Tom. XXX, **L.** tum

Sæcul. XV. tum nonnisi sexennem sibi jungit, qui
 A.C. 1483. usque ad tertium decimum ætatis suum in Sabaudia a Matre sua educata, demum in Flandriam ad Sponsum suum deducta est. Primo conjugii anno ex ea suscepit Filium nomine Joachim Normanniæ Ducem, qui tamen tenera adhuc ætate vivis eripiebatur. Alterum habuit Carolum regni successorem, tertium denique nomine Franciscum haud diu vita superstitem. Eadem conjuge tres quoque reliquit filias, quamvis P. Daniel nonnisi duas numeret; quarum natu major in primætate obiit, altera erat Bellojovensis Comitissa, postmodum Borbonii Ducissa. Tertia demum Joanna Aureliæ Ducæ conjugio juncta Biturigibus Ordinem annunciarum erexit, postquam repudiata fuerat a suo conuge, qui postea Caroli VIII. successor fuit, Ludovicus XI. Galliarum Rex nominatus.

§. CXX.

Carolus VIII. Franciæ Rex Ludovi XI. Successor.

Igitur Ludovico Rege fatis functo Carolus VIII. ejusdem Filius successor decimum tertium ætatis annum, ac bimestre jamjam emensus, proin juxta Caroli V. ejus tritavi sanctionem tutoris pœnitentia